

Johann Jacob Döbel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Jacobus Döbelius,
Med. D. P. P. Poliater, & Facultatis suae p. t. Decanus, Ad Exequias Quas ... Dn.
Joachimo Gerdes, ICto, dum viveret, & Philologo Celeberrimo, Cognati
moestissimi, hodie hor. 1. paratas cupiunt, Omnes Omnium Ordinum Cives
Academicos sedulo & peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1668

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447274>

Druck Freier  Zugang



Döbelius, J. J.,

in J. Gerdes.

Rostock. 1668.

67





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777447274/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447274/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777447274/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447274/phys_0003)

DFG



PROGRAMMA
 Quo
 RECTOR
 UNIVERSITATIS ROSTOCHIE NSIS
JOHANNES JACOBUS DÖBELIUS,
 Med. D. P. P. Poliater, & Facultatis
 p. t. DECANUS,
 Ad Exequias
 Quas
 VIRO CLARISSIMO Et CONSULTISSIMO
DN. JOACHIMO GERDES,
 Jcto, dum viveret, & Philologo Celeberrimo,
 Cognati mœstissimi,
 hodie hor. i. paratas cupiunt,
 Omnes Omnia Ordinum Cives Academicos sedulò & peramanter invitati.

ROSTOCHII,
 Typis JOHANNIS KILII, Ac. Typogr. A.C. 1668.



Ven proximè ad tumulum suum
comitabamur, Cives Honoratissi-
mi, puerulus erat biennis: Hodie
justa facimus Viro & aetate &
Doctrinâ magno, & Canitie insi-
gnî. Fuit is DN. JOACHI-
MUS Gerdes: Cujus ortum,
progressum, & ex hoc Mundo e-
gressum ita nobis tradidere Cognati.

Natus est Vir Clarissimus & Consultissimus DN. JOA-
CHIMUS Gerdes/ JCtus ac Philologus Celeberrimus,
Vismariæ Anno 1607. 2. Martii; Patre Viro Nobiliss.
Ampliss. & Consultissimo DN. MATTHÆO Gerdes
J.D. & Synd. Vismar. ac Stralsund. civit. Hanseat.;
Matre Nobilissimâ ac Clarissimâ HEDWIGE Reichen.
Avum Paternum sortitus est Virum Spectatissimum
& Integerrimum JOACHIMUM Gerdes/ Civ. Ro-
stock Primar.; Aviam Paternam Piissimam ac Splen-
didissimam Matronam CATHARINAM Krügerin;
Avum Maternum Virum Multum Reverendum, Am-
pliss. atque Excellentissimum DN. BARTOLDUM
Reichen/

Reichen/Ph. J. U. D. Serenissimorum Duc. Bruns^{v.}
ac Luneb. DN. HENRICI Junioris ac JULII, nec
non prioris Viduæ Serenissimæ ex Jagellonicâ o-
riundæ familiâ bis in Poloniam Oratorem Nom-
inatissimum, atq; Ecclesiae Cathedralis Blasianæ,
quæ Brunsuigæ est, Decanum; Aviam Maternam
Speciosissimam Matronam SOPHIAM Kœnigen.
Proavorum Paternorum unus memoratur DN.
HENRICUS Gerdes/COS. Rostoch. junctus ELI-
SABETHÆ Schniedin/BRANDANI COS. Vis-
mar. F.; alter MATTHÆUS Krüger/Civis Vis-
mar. Primar.: Proavorum maternorum unus
JOANNES Reiche/Civ. Holzmundanus in ditio-
ne Brunsvic., sociatus ELISABETHÆ Fischerin.
Huncce gnatum suum, utp. in peccatis conce-
ptum ac genitum, Parentes religiosissimi actutum
libro vitæ per sanctissimam Baptismatis undam
inserendum, & à teneris pietate, artibusq; inge-
nuis & morum elegantiæ pro virili educandum
curârunt: & puerum initio privatæ informationi
Juvenum Studiosorum Eruditissimorum; dein
de adolescentem publicæ institutioni ac curæ Vi-
ri Clariss. & Excellentiss. DN. M. ANDREÆ HEL-
WIGII, ex Profess. Human. Rostoch., Rectoris
Gymnasii Stralsundensis meritissimi, tradiderunt.
Hoc in Athenæo tantos Linguarum Græcæ ac

X
Latine elegantiorisq; literaturæ fecit progressus,
ut in annuis examinibus industriam aviditatemq;
descendiprobatum iverit insatiabilem, & commi-
litonibus suis palmam si non præripuerit, certè
dubiam fecerit, commoratus ibidem usque ad A.
C. 1625., quo parens uterque ipsi fato præmatu-
ro subtractus fuit. Unde mox Stralsundio Ro-
stockium avocatus unà cum fratribus ac sorori-
bus nonnullis hospitio avunculi sui, Viri Nobilit-
simi atque Amplissimi DN. JOACHIMI Schützen/
COS. Rostoch, liberalissimo exceptus est, com-
missusq; curæ CL. t.t. ludi nostri trivialis Mode-
ratorum M. HENRICI VULPII, & EOBALDI
Ribei. Sequenti 1626, anno Vismariam missus,
se excolendum obtulit præprimis CL. Viro DN.
JEREMIAE NIGRINO, Rectori. Hinc se anno
1627 Hamburgum contulit, ubi non solum Gym-
nasium Celeberrimum, quod tunc fama JOA-
CHIMI JUNGII, Medici, Mathematici, Philoso-
phi ac Philologi Accuratisimi (ut HENRICUS
VAGETIUS, aliiq; taceantur) nobilitabat,
frequentavit; verùm etiam Pædagogum sic satis
gnavum egit per triennium admodum. Anno
1630. in Dithmarsiam se recepit, ibiq; usque ad
mens. Julium anno 1633. Præceptoris privati per-
sonam egregiè sustinuit.

Dicto mense in Patri-

um

um Lyceum reversus est. Verum vix ultra 4. hebdomadas illuc commoratus, in Almam Julianam allegatus est, commendatus fidei pl. Rev. atque Excellentissimi DN. CONRADI HORNEII, Theol. D. ac Pr. Famigerati simi, Affinis sui Integrermi (qui, utp. juvenilium morum Censor exactissimus, Nostrum commendatione, scripta ad quendam Professorum hujus Universitatis, forte Amplissimum DN. D. HENRICUM Rahnem / communem Amicum, dignatus est tali: Remittim⁹ in patriam juvenem literarum cupidissimum & valde probum), admissusq; in familiaritatem ac amicitiam reliquorum Dnn. Professorum. Ubi cum ultra biennium subsistere facultates ejus non permetterent, huc denuo, Hamburg⁹ inter alias urbes visitato (ubi fortuna ipsi tum d. 5. Sept. dicti anni 1633. obtulit notitiam magni illius HUGONIS GROTI, qui manu suā Albo Nostri insertā amicitiam ei pollicitus, literasq; ad se exaratas exosculatus est) remeavit; sed paulo post Holsatiam ingressus, suam operam Viro Generoso DN. CAJO Seesteten / Eq. Hols. (cujus affectum sincerum cumulavit etiam eō, quod unum foetuum ingenii sui Nomini Illustritatis Ejus inscribere voluerit) addixit, ejusq; filios non degeneres per biennium & quod excurrit,

A 3

erudiit

erudiit ita, ut nec Seestetum Gerdesii, nec Gerdesium Seesteti unquam oblivio ceperit. Seestetianâ Ephoriâ honestè abdicatâ revisit hanc Laciburgicarum Musarum Sareptam, inq; eâ per sesquiennium vixit piè & modestè, illiq; fini, ob quam in eam Studioſi ablegantur, egregie respondit. Publicis siquidem Collegiis, auscultando & disputando interfuit, nec privata neglexit, usus præ cæteris informatione fidelissimâ Matrue lis sui Carissimi, Excellentissimi DN. HENRICI RAHNII, JCTiac Antecessoris Celeberrimi. Vehementer autem gavisus est, quoties cum aliquo viro docto de dubiis in Autoribus sibi oblatis conferendi potestas esset, ac id non raro literis ad exterorū missis eum factitasse ipſi, ad quos seripſit, testari fuere. Nec soli Jurisprudentiæ operam navavit sedulam, verūm etiam studio Philologiæ, ad quod velut naturâ terebatur, apprimè delectatus est. Præter Vernaculam, Latinam, Græcam ac Gallicam, Hebræam quoque linguam & cognatas doctus, tanto earum omnium amore flagrabat, ut eundem non mutarit, quo usque à Divini Numinis indulgentiâ vita suppetiit. Cæterū cum sub id tempus bellici motus velut decumani fluctus obruerent hanc Mechlenb. provinciam, calamitatem Patriæ suæ diutius contemplari

plari non sustinuit; Sed iter in plagas meditatus est Septentrionaliores. Antequam autem hinc discederet, à Magistratu Academico attestationem ac commendationem requisivit, & facilimè impetravit sigillo Academicò munitam ipsis Cal. Aug. anni 1638. Atque sic valere jussò Roseto, spinis Mavortiis obstricto atque obstructo, in Cimbriam contendit, in quâ conterminaq; Norvagiâ per ipsa duo lustra diversorum Adolescentium Generosorum ac Ingenuorū, quos omnes recenser enim longum foret, studia moresq; ita rexit, ut omne tulerit punctum, promeruitq; favorem & amorem Virorum Inclitorum, interq; eos CHRISTIANI FRISII, GEORGII URNU, JOH: LINDENAVII, CHRISTOPH: ULFELDI, NICOL: TROLLII, HENRICI HUIFELDII, GEORGII BRAHÆI, STENONIS BILLII, OLIGERI ROSENCRANZII, CHRISTIANI THOMÆI, GEORGII SEEFELDII, HANNIBALIS SEESTETI, HENRICI RAMELII, JAC: GRUBBI, CHRISTIANI MATTHIÆ, CASP: ERASM: BROCHMANI, HENR: ERNSTII, OLAI WORMII, STEPHANI JOH STEPHANI, ac plurimorum aliorum. Anno 1648. ulterius perrexit, & Sueciam adiit, cuius metropoli Holmiæ præprimis inhæsit, & ob singularem

Lin-

Linguarum, præsertim Græcæ, notitiam in Aulam
Regiam accitus est, ut Serenissimam REGINAM
CHRISTINAM, Græcas doceret literas: quâ
provinciâ non sine laude suâ per aliquod functus
est tempus. In hac Aulicâ vitâ edidit *Enchiridi-*
on Epicteti ac Tabulam Cebetis, (in quæ ele-
gantissima opuscula, ut & *Corn. Nepotem* alios-
que adsiduos Autores meditatus fuit quoque notas
limatisimas, quas cum reliquis suis Commenta-
riis, indignis quæ interire debeant, editurus fuis-
set, si vitam produxisset, & invenire potuisset a-
liquem, qui impendia ad impressionem necessa-
ria suppeditatum ivisset), utraque in Teutoni-
cam accuratissimè traducta linguam, consecra-
vitq; hasce Delicias suas prælaudatæ Majestati Re-
giæ. Ubi aliquot annos in Sveciâ laudabiliter
transfugisset, & Celebrium Virtorum, ut Cl. SAL-
MASII, JOH: HENR: BOEKLERI, JOH: FREINSHEVII, JOH: LOCCENI; hujusq; ge-
neri JOHANNIS SCÆFFERI, & aliorum quâni-
plurimorum familiaritatem elegantiâ suâ sibi
conciliasset, recessit per mare in Germanicas o-
ras, operâ suam ulterius in patriâ æquè ac finiti-
mis oris Adolescentiæ Ingenuæ ad pietatem & e-
ruditionem manuducendæ locavit, ac inter plu-
rimos alios egregios Discipulos gavisus est habu-
isse.

isse Amplissimi DN. NICOLAI BAUMANNI,
in Pomeraniâ degentis, filiorum elegantissimo-
rum unum, cui postea oblata fuerit Ephoria Ge-
neros. DN. SAMUELIS FRIDERICI, L.B. à Blu-
menthal. Ab A.C. 1661. usq; annum hunc fatalem
partim Lubecæ Viri Multùm Rev. & Consultissimi
DN. D. AUGUSTI MEIERI, Canonici Lubec. ac
Strenuissimi DN. HELMI WRANGELII liberis,
partim Tönningæ Generosi DN. JOH: WALTHE-
RI filio FRIDERICO Manuductorem gnavissi-
mum in studio Pietatis ac Humanitatis estitit, nec
quiequā eorum intermisit, quæ ad spartam quam
nactus fuerat ornandam spectare videbantur.
Præteritæ etate in urbem hanc appulerat Illustr.
& Generos. DN. JOAN-ALBERTUS Gang I. B.
de Pustlitz/ stipatus duobus aliis, np. DN. JOAN.
FRIDERICO L B. à Schenken in Landsberg/ &
paulò ante memorato DN. SAM. FRIDERICO
L. B. à Blumenthal/ hospitemq; elegerat Virum/
spectatissimum DN. ERNESTUM Sulteman/
Civem hujus urbis primarium. Quærebatur tunc
primo recensitorum Baronum Ephorus aliquis,
nec ullus commodior qui vocaretur reperiri qui-
bat, præter GERDESIUM Nostrum. Huic voca-
tioni legitimæ sibi parendum ratus Noster, dimis-
sionem à Generoso DN. WALTHERO petiit, e-
amq; summâ cum gratiâ & liberalissimâ impetra-

B

vic

vit manu. Appulit itaq; huc Noster d. g. Ang.
seq; ad Sororis suæ Carissimæ filiam, modò nomi-
nati DN. SUL TEMANNI Jugalem, recepit, in e-
jusq; ædibus t. t. degentis illustr. Dn. à Putliz
contubernio semet adjunxit, & in quantum licuit
studia ejus adjuvit. Cum vero Generositas Sua à
Dn, matre demum pronuper revocaretur, beni-
gnissimis literis ac verbis sollicitatus est, ut telam
heic locorum bene orsam in territorio Putlistiano
continuaret; primitus nonnihil cunctabundus &
propemodum aversabundus molestias tales,
tandem tamen obfirmavit animum, ac pollicitus
est, se propediem, si Deus ita vellet, subsecutu-
rum. Verùm interpellavit hæc promissa Fatum
imperscrutabile. Nam ante aliquot hebdomas
morbo Hypochondriaco, Sedentarię vitæ comite
ad fiduo, febreq; Scorbutica affligitcepit. Cui ex-
quisitis quidem, quo ad fieri potuit, remedii obvi-
am ivit Excellentiss. DN. JOANNES BACK-
MEISTER US, M.D. & P.P. sed cùm & affectus
indies ingravesceret, & ipse piè defunctus non
usq; adeo medicamentorum usum admitteret, fa-
ctum tandem est, ut pertæsus inquietudinis ac æ-
rumq; mundanq; piissimè ac placidissimè inter
Sororum suarum aliorumq; Amicorum suspiria,
preces ac lacrimas d. s. Xbr. horā 4. marut. exspi-
raret, impertitus paulò antè viatico Cœlesti, quod
sum.

summa cum animi devotione capite nudo ac genibus flexis sum sit, visitatusq; aliquoties ac erectus
a Plur. Rev. Ampliss. atq; Excellentissimo DN. JOHANNE QUISTORPIO, S. S. Th. D. & Pr. nec
non Past. ad æd. Cathedr. De pietate & religio-
ne ejus si non aliundè constaret, certè maximè
sedula lectio ac evolutio Pandectarum Sacrorum,
ab amitâ suâ dono impertitorum, annotatioq; fre-
quentissima manu Beati nostri ad oram hinc inde
adscripta restatur. Cæterum in vitâ Civili ita se
semper gesit, ut tria illa juris Præcepta, in quan-
tum potuit, strictissimè observârit. Neminem quippe
laſit, Suum cniq; tribuit ac Honestè vixit. Munia
publica, non raro oblata, Titulosq; modestissimè
declinavit, cælibemq; insuper elegit statum. In
quo posteriori exemplum Propatruisui, Viri Am-
pliss. atq; Consultiss. DN. VALENTINI Gerdes/
J.D. & Senat. Rostoch., secutus videtur. In hunc,
ut & Avum maternum ac Patrem, trigam JCrō-
rum, scita lusit Epigrammata, præfixa jam suprà
allegato Albo, quorum unum ad rem præsentem
magis faciens adscribendum duximus;

Qui vitam cœlebs sine prole & conjugé degit,

Omni censendus parte beatus is est:

Nam sic Pierias solūm, sic Palladis artes,

Ingenio Curâve excoluisse potest.

Magne VALENTINE, o GERDESIA lucida Lampas,

Sic vivisse, Tibi summa libido fuit.

Ergo

Ergo Tuum Nomen, Virtus, Doctrina vigebunt,
Dum Rosea Turres, Mœnia, Varnus erunt.
Hactenus Cognati: quibus ego, cum soli penè de GER-
DESIO suo, utramq; videantur paginam ab-
soluisse, nihil in præsentiarum addo, nisi, quod inter
tot turbas & strepitus, tot vita aulica genera, fidem b.
defuncto, pietatem, candorem, castitatem, & quicquid
reliquum est virtutum Christianarum, tam mansisse
sartatecta, quis mirari queat. Sed sunt in mari salso quo-
que pisces dulces. Ita sibi contraxit, dum ageret apud
nos, virtute suā, gratiā Deorum terrenorum, ne exci-
deret aliquando Gratia DEI SUMMI: ita de iis
meritus est moriturus, ut mortuus de Serva-
toris sui merito gauderet. Fruitur Conversatione
Angelorum nunc in celis, qui tam rara, hactenus, An-
gelorum in terris, virorū tam Illustrium, Conversatione
delectatus fuit. Cumq; ejus exuvia omnī, hodie, matri
sint reddenda, haud concedetis, Cives ACADEMI-
CL, ut tot stipata nuper, tantisq; fautorum, amicorum,
& familiarium nominibus, tam hodie sola & absq; o-
mni Ordinis nostri comite relinquantur; quin potius,
quod ipso à nobis jure exigere videntur, frequentissi-
mo easdem Comitatu ad dormitorium suum
deducetis.

Conveniemus in Aede B. Virginis sacrâ
Horâ Ima.

P.P. sub sigillo Rectoris d. 16. Xbr. Anno 1668.









Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777447274/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447274/phys_0019)






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777447274/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447274/phys_0020)

DFG

sum mā cum animi devotione
nibus flexis sum sit, visitatusq;
à Plur. Rev. Ampliss. atq; Exce
HANNE QUISTORPIO, S.
non Past. ad æd. Cathedr. D
ne ejus si non aliundē consta
sedula lectio ac evolutio Pand
ab amitā suā dono impertitoru
quentissima manu Beati nostri
adscripta testatur. Cæterū
semper gessit, ut tria illa juris I
tum potuit, strictissimè observ
pe laſit, Suum cinq; tribuit ac Ho
publica, non raro oblata, Tiu
declinavit, cælibemq; insuper
quo posteriori exemplum Pro
pliss. atq; Consultiss. DN. VAL
J.D. & Senat. Rostoch., securi
ut & Avum maternum ac Pati
rum, scita lusit Epigrammata,
allegato Albo, quorum unum a
magis faciens adscribendum d

Qui vitam cœlebs sine prole E
Omni censendus parte bea
Nam sic Pierias solūm, sic Pall
Ingenio Curâre excoluisse p
Magne VALENTINE, o GERD
Sic viriſſe, Tibi summa libic



do ac ge
ac erectus
o DN. JO
& Pr. nec
x religio
maximè
acrorum,
utioq; fre
hinc inde
li ita sc
in quan
rem quip
Munia
estissimè
um. In
Viri Am
Gerdes/
In hunc,
m JCto
am suprà
esentem

legit,

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 00000000000000000000000000000000

Lampas,

Ergo